

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostrativum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

53. Mathesis Christiana

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

vi auræ libratæ, deniq; ingentis ponderis moles  
in libero aëre à tenui filo pendulæ.

53. MATHESIS CHRI-  
STIANA.

B. Potes ne jam etiam meam Mathematicam  
ferre? A. Possum equidem, nisi infelicitatē  
meam rideas. B. Mihi sane ars mea ridicula non  
est, tua vero, sive quam quæris misera videtur.  
A. Aperi ergo, si quid habes serij, & solidi. B.  
Primum igitur memineris in mea Arithmeticā  
sacrum mihi esse & adorandum Trinum, cuius  
potentia, quicquid est reliquum, subsistat, nu-  
metetur, & custodiatur: dein admirandam esse  
Divini circuli cum humana linea proportionem,  
ex qua creaturatum dimensio omnis fluat;  
tertio innocentiss. crucis pondus tantum esse,  
ut terrenum globum omnem elevet, vires eas,  
ut bonos à malis secerat: quarto divinarum hu-  
manarumque rerum eum concentum, quem  
mens humana non capiat, musica nulla adum-  
bret. Ex his astronomia mea oritur, quæ Ec-  
clesiæ ortus, progressiones, & phœnomena do-  
cet; & solem Christum in medio figit, inde a-  
stra sive sanctorum lumina annotat, & cœlestis  
chori rotatione in exemplum nos & admiratio-  
nem rapit. Optica etiam diuinas in nobis do-  
tes restrangit, ac lucidissimum vitæ Christi spe-  
culum perspectivæ nostræ fastigium est. Geo-  
dæsia facilis est, si nos tantum & terrena cubi-  
lia metiri discamus, & Cosmographica cuivis

E

verna-

vernacula, quotiescumque mali universi, & infelicitatis compendium intra nos moleste contemplatur. Sed machinis opus valde est, inter quas precibus nulla efficacior, spe præsentior, patientia durabilior, humilitate tenacior, silentio expeditior, quibus plane orbis miracula perpetrantur, & humanæ vires transcenduntur. Ventos etiā humanorum turbinum per faci spiritus magnetica cum satis discernimus, & periculoso res evitamus, imo & portum, quem navigatio nostra unice quaerit in medijs errorum tenebris, & persecutionum fluctibus nunquam perdimus. Sed hic fidei radij, per legis & Evangelij pinnacia ascendat, & Divinæ voluntatis polum idem consulat. Interim si quid navigio nostro aquæ influit, eam iugis pœnitentiae tuba exhaustimus, & de rimis occasionum, carnisque nostræ carie nunquam non sumus solliciti: denique historia sacra horologium nostrum est, quo æteritatis mundi diem in partes suas dividimus, & incubentem nobis vesperam, sub rationis reddendæ calculatione, mercedis promissæ expectatione, & æternitatis futuræ contemplatione, quicquid est reliquum transmittimus. A. Sempérne in navi. B. Imo & Insula, quam Mundi mare undique impedit, nunquam movet, nedum emovet: nam ex verbo Dei castrum nobis est, munitissimum, quod frustra huc usque obsederunt, qui vel verba, vel rationem, vel somnia, vel præstigias, vel minas contra eum produxerunt, cuius nutu hæc omnis unicorsitas in nihilo subsistit.

54. V A-

54. V

L Icerne

tare lice

dūtame est

Nelis tu qua

rum? A. Aud

ica B Recita

nto inter hum

adormiseren

Quid mihi

clementes? A. S

ostabat. B.

quid vidisse, re

volvibat loqu

ores convocar

vabantur. B.

lade magna la

ziduo equulei

estrem nostrar

erant, otium

quam! A. Ad

atio, &amp; Confi

A. Nam ipsa

nam qualific

Intra cam de

particulis com

munes variabil

bus, sive for

ionem. B. I

quebantur fi